



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

2 An non tantum Deo, intellectualibusq[ue] ac rationalibus creaturis
competant rerum dominia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

non potest a domino impediri, qualiter non
est apud Mendicantes, sed tantum dum
actu visetur. Secus autem res habet in pecunia, nam cum talis vesus sit illam aliena-
re, si sumitur in omnem vsum, atque adeo
nemo ea legitime vitetur, nisi verus dominus. Et per haec responderetur ad rationes in
contrarium. Ad primum enim dicendum,
quod eti post consumptionem harum re-
rum nullus alius restet vesus, non tamē cō-
tinuo sequitur ut si sumatur in omnem u-
sum, quod ratio dominij desiderat. Sed ar-
guis instantius. Si Mendicantes, non pos-
sunt illas alienare illud est quia sunt lege
prohibiti, sicut pupilli, & primegeniti, non
ergo obstat, quo minus sunt vti per dominium si-
cure illi. Negatur antecedens, quoniam nul-
la ciuii lege prohibentur illa vendere, vel
donare, &c. Sed quia verus dominus eius-
modi facultatem eis non permitit. Ad iu-
ra autem superius allegata, & ad auctorita-
tem Divi Thomae, negantis in hisce rebus
post seorsum computari vsum ac domini-
num respondeunt, solum illis iustibus con-
stituti, quod non possit seorsum pretium su-
mi pro vnu aliud a prelio rei. Haud tamē
negant quo minus dominus possit vsum re-
stringere vi alter illo duxata modo vtra-
tur, & non omnibus modis, qui requirun-
tur ad verum dominium.

Ad pri-
mū argu-
mentū obie-
ctū. Argumenta in capite questionis obie-
cta satis liquido soluta sunt. Primum secun-
dum premillia, falsa est, nempe dominium &
iuris civitatis, quod non possit esse, neque
potest, nisi in eo, quod est in civitate, & in
civitate, quod non possit esse, neque potest.

ius equipollere, immo ratio dominij plus
ponit quam ratio iuris, & inde ius genera
bor vox est. Et pariter et sponsum est ad a
liud nempe non sufficere ius illud. Mendi
cantium in cibos & vires silia, ut si eorum
Ad secundum
domini Secundi autem virtus premissa
vera est, vi secunda conclusio ostendit, sci-
lelicet Mendicantes alimenta vestimentaque;
consumere, quiom tamen non sunt
domini, non tamē inde sit con-
sequens definitiōnem no-
stram non esse legiti-
mam. Immo per
eandem do
ceur,
non
esse illarum rerum do-
minus, quippe cū
nequāt illa
ab aliena

ARTICVLVS II

*Virum tantum Deo intellectualibusque
ac rationalibus creaturis
competant rerum
domini.*

Praefixa ergo dominij definitione, subsequitur articulo secundo ius subiectum explorare videlicet inquirere quibus propriis competit rerum dominium, an scilicet et solis post Deum angelis, atque hominibus? Arguitur enim quod bruis animalibus suo ordine congruat dominium, ut puta herbarumque vel legitur Genes. concessae illis sunt in pabulum. Quin viderit dux apum dominium in suum gregem obtinere, & inter grues illa qua aciem ducit, appareat coelerarium esset regia terra. Et inter feras ferociissimus Leo dominus videtur reliquis bestiis, & accipiter dominatum pati per gerere in misterias aues. Secundo ad idem arguitur de inanimis celis qui huic sublunari mundo dominantur, ut ipse cui calorem, virutemque influunt quibus souetur ac vegetantur. Vnde Arist. 1. Meteor. Necesse est mundum hunc inferiore subiectum esse latrionibus superioribus, ut eius inde virtus gubernetur. Vnde Genes. 1. creatus legitur esse sol ut praesit die lunaque ut praesit nocti. In contrarium tamen est, quod coelestis loco Genes. 1. solis hominibus adiudicatur oibus dominium, Faciamus inquit hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & praesit pasci bus &c.

De hac questione Neotisci, Gersonem
ducem sequuntur, multa communis cunctum ratione parum consona. Ille namque grauis
alioqui auctor, complices domino in pecies locis supra cuius multiplicauit. Inter
quas & multa tribuit dominia brutis mul-
taque subinde insensibilibus rebus, ut ar-
gumentis sua formatis explicata sunt est.
Hec autem bona venia dixerim tam
ratione & judicio inuenta sint, quam pro-
libito asserta examinare oportet. Etenim
reum naturam confundit illuc fieri
comperimus ratione dominij, non tam la-
te patere. Sit ergo haec. Prima conclusio.
Solis illis qui intellectu & libero arbitrio
vigent conuenient dominandi, ratio, illi sene-
tates solis habere rerum dominium, nece-

Primū
argu. a
partene
gatiua.

Secūdū
arg.

Aristot.

Prima
conclu.

OTTO
URE
qj. 14.
DIE
15.

卷之三

卷之三

Quarū r̄ angelice, deinde rationali homini, Deus rerū De inquam, cuius (vt aī. Pia.) terra et plenitudo hēat do eius iure creationis dominum gerit ac dñnum. principatum rerum omnium quas ipse cōdedit ut habet Sapientis illa confessio, dominus vniuersorum tu es. Fuit quidem ab ēterno, potestate Dominus, ab orbe tamē condito, viu & actu. Nam antea nullæ erāt res quae illi parerent. Est n. nefas eousque ab aliō nomine (quod quosdā non repudet) vi dominii inter diuinā personas nominatur, quippe cum nihil in Deo sit eoden ipso inferius, sed quidquid illis est, infinitū existit. Neq; vero filius vllō pasto subiicitur patri, vt pote cui summe aequalis est. Ob idque tota trinitas pat habet dominium idemq; absolutum creaturarum. non solū quantum ad vnum, verum & quantum ad eorum naturas, vt pura cui non modo pro suo arbitratu cunctis vti licet, verum & earum naturas creare, annihilare ac p̄ter natura leges alterare, vti ignem ne calcificat impedit, aquam abisque igne calcificere, & tanq; dominus virg & mortis non solum reliqua animalia, verum & hominē vita priuare. Angeli autem dominium habent suarum tantum naturalium actionis, mundi vero huius non perinde atq; homines. Quandoquidem propter iplos qui nullo agent corpore, nequam creatus est, sed propter solos homines quibus angeli sunt ad ministratoris spiritus, tameis ipsorum Hierarchie per suos. Principatus ac Dominationes sunt distributæ, alijque adeo alij imperant. Hoc autem perparum ad rem nostram attinet. Descendamus ergo ad genus nostrum, cui soli competere auctoritate ostremus sublunarum dominium. Primo Dominus nisi in epistille voce abatur, ille solus est, in cuius facultate est sicut, re sic, aut alter in suum commodum vti, hoc autem nisi per intellectum ac voluntate nemini congruit, solus ergo homo in terris dominij ratione fulget. At quo res clarius clueat arguitur secundo, Dominum exierarum rerū nemini nisi hac ratione conuenit quod sit ipsa suarum actionum dominus, dominum eam quod quis que habet in suos actus, causa est & radix eius quod habet in alias res, est autem sicut homo suarum actionum dominus (vt 2. quest. 1. aucto: est S. Thom.) per intellectum & voluntatem. Eadem ergo ratione ius illi soli conuenit vt dominus sit aliarum rerum. Minorem huius argumenti præter S. Th. uel usus ipse loquendi hominum demonstrat. Dum enim quis mente capitur, dicitur non esse sui ipsius dominus, sed sui im potens. Maior autem in ratione naturali posita est. Et eum qui sui non est, dominus esse nequit aliorum. Sed Testimoniū supra citato scripturae sacre, rōda qui interpres natura est, eadem conclusio fons, tercio comprobatur. Dixit n. Deus Genet. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, & præstis pīcibus māris, & uolatilibus caeli, & bestijs, &c. Hoc est, in hoc eum faciamus ad nostram imaginem, ut reliqua creaturarum uniuersitati, quæ nostra caret imagine, dominus coaſtutatur, fieri autem hominem ad imaginem & similitudinem Dei, est fieri intellectu & voluntate liberum, huc enim est factus Dei. In reliquis namque creaturis ueſtigium eius tantum relīctum est, sicuti humani pedis relīquias in puluere per qđ euīdem hominis facies agno ci nequit. Igitur quia duæ istæ potentia, intellectus & voluntas, communicatæ sunt homini, per hoc conditus est ad imaginem Dei, in deque adeo ius fortius est dominandi in ceteras animantes, rationis expertes. Haud equidem ignoro quosdam distinguere in ter dominium regale & naturale, dicentes ad priorem speciem libertatem requiri, non autem ad secundam. ueruntamē hoc grātis dictum est quia natura ipsa nemo est dominus rerum, nisi qui dominus est. Questionum suarum, & ideo neque rerū Quā sicutio arguitur, Dominum quempiam rei ge ferre (ut supra ostendimus) est ipsi, uti brata autem animates uti neutiquam pos. S. Th. sum, ergo neque ullum habere dominium. Minor est S. Th. 1. q. 16, ubi docui brutis non competere usum, secundum illud Aug. lib. 83. questionum. Vt aliquod nō potest animal, nisi rationis particeps. Et ratio est, quod uti est rem in finem ordinare, qđ quidem uoluntas est finis, usus autem mediorum ad finem, & pecudes nihil agunt propter finem, quippe quem non cognoſunt, sed aguntur potius nature instindunt. Si simili in iuper ratione id cōſideratur. Domini n. est imperare hoc autem idem est quod rem in alium finem ordinare, quod ideo a brutis alienissimum est, ut idem S. Th. quest. statim. 17. commonstrauit. Quia S. Th. 10 ad-

Angeli
quibus
r̄cb. do
minent

Conclu-
ſio oſten-
diuit.

50 ad eandem conclusionem arguitur. Qui
cung dominium habet cuius libet rei, iniu-
ria afficitur, dum illi auferitur. Bruta autē
animalia neq; iustitiae capaces sunt, neq; n
iuria, neque quam non cognoscunt, felici-
tatis, ut patet, ex Arist. t. o. Eth. c. 8. Cuius ra-
tio est, quod cum non sint libera, non sunt
sui iuriis, sed qui dquid sunt, hominis sunt,
proprietate & armamento, vel pabulum sustine-
nt, vel vitam, nullam ei irrogant iniuria,
sed domino, & qui ego regis loco cedit,
nullum ei honorem defert, sed regi, nullū
ergo pecudes habent dominium neq; ius
in herbas, sed tanum appetitum natura-
lem, atq; etiam potestatem. Quod si brutis
nullum potest dominium competere, liqui-
do hi, multo minus celsis ac rebus inanimis
convenire posse. Est ergo homo hac ratio-
ne mediis inter Deum, & bruta. Nam irra-
tionale animal nullum habet dominium,
Deus vero supremum, nempe & quantum
ad vius, & quantum ad naturas rerum, sed
homo quantum ad vius, attamen quantum
ad naturam minime, ut potest quis marare
non potest, nisi applicando actua passiu.

Ad primum igitur argumentum respondeatur, perimendo totum accedens. Haud enim bruta vilia habent herbarum dominium, quod eadem ipsa Genes. auctoritas contra citata comprobatur. Haud enim leguntur illi herbae pecoribus & iumentis commelle, sed solis hominibus. Ecce enim, inquit, dedi vobis herbam afflentem semper taurorum, &c. vi sint vobis in escam & cunctis animalibus terrae. Ius ergo herbarum non est concessum brutis, sed nobis pro illis quae nobis seruuntur. Neq; in apibus est nisi metaphoricus rex, quia neq; exanim in secundum ordinem, sed instinctu naturae una pax: reliquisque exercitus sequitur. Multo minus aut feræ bestie aut rapaces aues dominantur ceteris, licet illis velut alimento vivantur. Mox ad secundum partem responderetur, calos longe minus proprium dominium habere eo significatu quo nomen impræsentia uirupamus, sed dicuntur prædominari, quia eorum influere inferiora coalescunt, souuentur, alterantur, ac submutantur, scilicet & in singulis elementis illa qualitas dicitur prædominari, que alteri preminet.

OVÆSTIO II.

DE REBUS QVARVM HO-
mo est Dominus.

ARTICVLVS L.

*Vixit rerum omnium, que sunt in
mundo sit homo iure aliquo
dominus.*

Postquam constitutum nobis est homini solu in creaturis corporalibus dominium rerum congruere, sequens est, ut dilpetemus quorupque, quarumque rerum dominio fruatur. Et habebit quæstio duos articulos. Prior erit generalis, posterior vero de duobus dominis peculiariis. At agitur a parte natura, quod non omnium prorsus que condita sunt in tertiarum orbem, si homo dominus. Etenim aut illi naturali iure conuenirent, diuino, aut humano. Non naturali, quia uniuersale dominium concessionem est ei a Deo in eius creatione. Neq; prius diuino, quoniam tunc iure charitatis esset homo dominus cuiuscunque rei indigeret, eademque charitate amissa, eodem decideret iure. Nam Deum solis amicis concedere bona sua largiri. Consequens autem est falsum, & contra humanum morem, etiam Christianorum in quibus nulli iusti rerum egrediunt premuntur omnium dominiorum orbatu, nullaque contra iniqui, & praboni bonus huius mundi, secundum leges, que adiuina regula non exortabant, portuntur. Quod autem iure mere humano non si homo dominus, patet, quoniam antequam leges humanæ essent, Deus nostro genere indulserat, rerum dominium, quod fundamentum est humani iuris quo carum dominia diuisa sunt. Secundo agitur. Homo non est dominus elementorum neque celorum, quia illa non sunt nomina: a Genes. i. vbi homo constitutus est rerum dominus. In contrarium est, quod omnia facta sunt propter hominem, vt 1. Polit. au-

T 2 stor